SAMMELHANDSCHRIFT
14. bis 15. Jh.
Seite 77r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26449
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rici siue persone religiose. Secundus qui intendit vel frangit vel vio
lat ecclesiam. Tertius qui scienter communicat in diuinis siue in
crimine excommunicatis nominatim a papa. Quartus qui falsificat litteras
domini pape. Quintus qui excommunicatus vel suspensus scienter cele
brat. Sextus qui symoniam commisit. ¶ Verbat intendit.
frangit sibi papa reseruat. Qui nec sua sponte confitetur et sua
fallat. Crimine ei seruat reliquos absoluere sacerdos. ¶ A primo
casu excipiuntur aliqui casus ut in versibus continetur. Primus est quod
in mortis articulo quilibet sacerdos potest quemlibet a quolibet peccato absoluere.
Secundus est si hostiarius alicui patenter non exodio vel proposito percussit
clericum. Tertius est si percutiens sit mulier. Quartus si sit seruus
ut dominus non lederetur de eius absencia qui non est in culpa. Quintus
si irregularis percussit irregularem nisi sit enormis excessus.
Sextus si sit pauper et non consueuit mendicare. Septimus si sit
impubes. Octauus si habeat inimicos capitales de quibus in
uia timeret. In hiis casibus potest absolui a domino episcopo. ¶ Pugno
iocus turpis ius nesciat apostata transfert. Talis delinquens
in clericum non notet illum. Janitor et monachus mulier seruus le
uis et mors. Non uadit roma pauper senex inimicus. Sic nec
infirmus impubes debilis usque. ¶ Sunt etiam alii casus in quibus
percutiens clericum non indiget absolucione. Primus est si causa
discipline percussit ut prelatus vel magister. Secundus est si iocunda le
uitate percussit. Tercius si inuenerit eum turpiter agentem cum uxore
vel matre vel filia. Quartus si vim ui repellat cum moderamine incul
pate tutele. Quintus si ignorauit eum esse clericum. Sextus si inuenerit
eum in apostasia post trinam ammonicionem. Septimus si transeat ad
actum penitus contrarium ut ad bigamiam vel miliciam. In hiis casi
bus percuciens clericum non incurrit excommunicacionem. Casus episcopales

Casus qui sequuntur soli episcopo reseruantur nam in ipsis presbiteri
curati absoluere non possunt. Primus est incestus qui est duplex
maior et minor. Maior est eorum qui sunt in primo gradu consangui
nitatis vel affinitatis carnalis vel spiritualis. Filii cum matre fratris cum so
rore filia aut spiritualis scilicet illius qui de fonte leuauit vel bapti
zauit seu ad confirmacionem tenuit. Minor est etiam filia spiritualis
sacerdotis illius qui eius confessionem audiuit. Secundus casus